DIÖZESE
INNSBRUCK

Digitales Archiv

Beurkundung Ablaß Kirche Volderwald

Pfarrarchiv Volders

18.12.1678

Digitales Archiv

Shelf Mark: 6.7357.A137

CC-BY-NC-ND-Lizenz (4.0)
Creative Commons Namensnennung - Nicht kommerziell - Keine Bearbeitung 4.0 International Lizenz

urn:nbn:at:at-dai-46795

Visual Library

M.DC.LXXVIII Die 22 Menſis Novembris
Ego PAULINUS Epiſcopus Brixinenſis, conſecravi Capellam et Altare hoc in honorem S: Francisci Borgiae, & Reliquias S: S: Martyrum [illegible] & [illegible] in eo incluſi, & ſingulis Chriſti fidelibus, hodie unum annum, & in die anniverſario Conſecrationis hujusmodi ipſam viſitantibus quadraginta dies de vera Indulgentia, in forma Eccleſiæ conſueta conceſſi.

[illegible]

[illegible]
1678

1678 XII 18

NOS PAULINUS DEI, ET APOSTOLICÆ

Sedis gratiâ Episcopus, et Princeps Brixinensis, Recognoscimus per præsentes,
quod Nos Anno à Nativitate Domini nostri Jesu Christi Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo octavo, Die vero vigesima
secunda Mensis Novembris, Pontificaliter induti, invocata Spiritus Sancti gratia, Ecclesiam in Silva Volderensi, prope
Halam, Parochiæ Colsensis, ad honorem Sancti Francisci Borgiæ Societatis Jesu, de licentia nostra ædificatam
et dedicatam, ac in ea unum Altare solenniter consecraverimus, et in eo Reliquias Sancti Magni Mart., Sancti
Jucundi Mart., Sancti Horatii Mart., Sancti Prosperi Mart., Sancti Francisci Borgiæ Confess., Sancti Ignatii Con
fessoris, Sancti Francisci Xaverii Confess., Beati Aloysii Confess., Beati Stanislai Confess. et Sanctæ Columbæ
Martyris inclusserimus. Singulis Christi Fidelibus in Die Anniversario, qua singulis Annis celebrabitur Dominica
tertia post Pentecosten, ipsam Ecclesiam visitantibus, quadraginta Dies de vera Indulgentia in forma Ecclesiæ
consueta concedentes. Fecimus insuper Regio Parthenoni, ceu Patrono huius Ecclesiæ ob eius fundationem,
constructionem, et dotationem hanc specialem gratiam, ut pecunias Gazophylacii independenter à Parocho loci
administrare, ac in Ecclesiam eorum impendere possit, Senatui sibi soli examen eiusdem, hac tamen adiecta Con-
ditione, vel Visitatoribus Brixinensibus huiusmodi administrationis rationem, si eam petierint, reddere teneantur,
Salvo in reliquis Iure Parochiæ quoad Patrocinia. In quorum fidem has manu propria subscripsimus,
et Sigillo nostro Pontificali muniri iussimus. Datis ex Residentia nostra Brixinæ, Die decima octava Mensis
Decembris. Anno Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo octavo.

Paulinus
Eps.